17 Ianuarii 1962.

XXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXX

<u>DE SACRAMENTO ORDINIS</u>

XXXXXXX

XXXXXXXXXXXX

XXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXX Quoad Caput I me ABSTINEO, quia ex una parte, plures rationes video pro instauratione Diaconati permanentis seu stabilis in Ecclesia Latina, praesertim pro missionibus et pro nationibus ubi desunt sacerdotes necessarii ad ministerium pastorale et apostolicum Ecclesiae implendum; sed, ex alia parte, rationes allatae contra talem instaurationem speciatim ab Emmis. Cardinalibus Siri et Ruffini mihi videntur esse revera gravissimae, tum in ordine doctrinali, tum in ordine practico, ita ut dubium habeam utrum instauratio istius Diaconati esset in bonum aut in detrimentum Ecclesiae.

Quoad Caput II et III et IV, admitto animadversiones factas ab Emmis. Cardinalibus Larraona et Jullien et ab aliis Emmis. ac Excellentissimis Patribus.

Alaphridus Silva Santiago.
Archiepiscopus Ssmae. Conceptionis.